



Universitätsbibliothek Paderborn

**Monitoria Directio Pro Ordinandis, Eorundemque
Examinatoribus, animarum Curatoribus, & Religiosis
secularium Confessariis**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agrippinae, 1663

Ordinandorum examini Vicarius in Pontificalibus Generalis interesse debet
& praeesse, n. 27.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9994

nentur. (a) Ad examen verò nulli patet adit⁹, qui non honesto fuerit induitus habitu, & conveniente pro Ordinis sui ratione tonsurâ insignitus Clericali.

(a) Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 7. & 12. in fin. Concil. Provinc. Colon. sub Hermanno V. p. i. cap. 22. 24. & 25. & sub Adolpyo III. Archiep. Colon. Medio 2. cap. mandamus ut, &c. pag. 432.

Ordinandorum examini Vicarius in
Pontificalibus Generalis interesse
debet, & præesse.

XXVII. Quoniam Apostolo præcipiente manus citò nemini imponenda est, (a) & ab ordinandorum examine prorsus pendet electio; cordi debent esse vel maximè Vicario Nostro Coloniensi in Pontificalibus Generali, tanquam huic muneri in partem sollicitudinis Nostræ Archiepiscopalis potissimum delegato, ea, quæ ad examen hoc ritè instituendum, & ad principia sua

revo-

revocandum in Conciliis Provincialibus ac Synodalibus sub successoribus nostris Hermanno 5. Adolfo 3. & aliis Archiepiscopis Coloniensibus (b) laudabiliter sancta sunt & decreta. Et quamvis Concilia hæc permittant, ut idem noster Vicarius adjutores & socios in hoc examinationis munere habeat, volunt tamen omnino, ut primas sollicitudinis partes teneat, nec quæ ipsi ante omnia agenda erunt, aliis penitus ita committat, ut interim ipse omnium incertus, si indignostemere sacro Ordine initiaverit, fiat particeps alienorum peccatorum, & offendicula quæ consequentur, ipsi adscribantur. Quare inhærentes Decretis tam dicti Generalis Tridentini, quam Provincialium ac Synodalium Coloniensium Conciliorum, volumus omnino & serio mandamus, ut ordinandorum examini generali noster in Pontificalibus Vicarius, cum cæteris Examinatoribus deputatis non tantum intersit (quandoque per alias suas
occupa-

occupationes graviores commode potuerit) sed & eidem Examini vice & auctoritate nostra præsit; ac quæ ex antiquis & novis Patrum sanctionibus, de qualitatibus Ordinandorum in Oecumenio Tridentino atque Provincialibus & Synodalibus Coloniensibus Conciliis (b) præscripta sunt, studiosè magna- que cùm diligentia, in usum & coniunctudinem dediscat, & non frustra, sicut ante haec (perinde ac si ista cura ad eum non pertineret) hæc præcripta & toties repetita esse patiatur.

(a) I. Timoth. §. 22, cap. nullus, cap. quando dist. 24. Conc. Trid. sess. 23. de refor. cap. 7. II. & 12. (b) Conc. Provinc. Colon. sub Hermanno V. p. 1. cap. 16. 17. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 26. 29. & 30. & sub Adolpho III. Medio 2. cap. deinde vi- sum, &c. c. quoniam vero, &c. cap. quo- non oportet, c.mandamus, pag. 431. & 432. Synodus Colon. Anno 1612. secunda Octobris celebrata, tit. 3.

XXVIII. Quilibet autem Examinatorum, antequam recipiatur, præstabit coram nostro in Pontificalibus Vicario, sequens fidelitatis Juramentum,

Juramentum ab Examinatoribus
præstandum,

Ego N. ad munus Examinis Ordinandorum assumpsus, juro ac promitto obedienciam, reverentiam & honorem Summo Pontifici Romano, ac Reverendissimo Domino N. Archiepiscopo & Principi Electori Coloniensi, eorundemque successoribus. Item juro & promitto me in eo munere, omni humana affectione deposita fore fidelem, ac diligenter invigilaturum, ne quispam inductus, inidoneus, aliisque qui magis destruturus, quam edificatus esset Domum Dei ad ullum Sacrum Ordinem suscipiendum a me approbetur, sciens quod non solum coram ipso Summo Pontifice, ac Reverendissimo Domino Archiepiscopo, sed coram Deo precipue & Pastore Pastorum Christo,

eius